



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 117. Notaræ magni Ducis Constantinopolitani exitium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. caput absciderint, illudque hastæ infixum unacum pileo per urbem circumtulerint, clamante præcone, id Isidori Cardinalis caput esse. Juxta aliorum vero relationem Isidorus quinquaginta aureis libertatem suam Peræ einit, inde vero in Persiam cum Turcarum triremi trajecit, atque fixit se pauperem captivum esse, & pecunias colligere, quibus filios suos itidem Constantinopoli captos redimere valeret; Cum autem inde iter ageret, a quibusdam Genuensibus agnitus est, ac ne proderetur, veritus, parvam cymbam conscendit, qua vestus primo in Insulam Chium, inde Cretam, ac demum Romam ad summum Pontificem pervenit.

§. CXVII.

Notaræ magni Ducis Constantinopolitani exitium.

Multo iniquior fuit Notaræ Ducis fortuna. Erat ille ex spectatissimis Senatoribus primus, supremus classis Præfectus, ac summæ auctoritatis Vir. Verum Latinos, unaque unionis decretum tam insano infectabatur odio, ut urbem *Ducas c. 37.* ob innumeras Sultani copias ingenti terrore percussam comperiens, insolenter adhuc exclamaret, malle se Turcicum pileum, quam alicujus Cardinalis latini galerum urbi Constantinopolitanæ dominantem

nantem conspiceret. Hic opportune sese *Sæcul. XV.*
 primo militum furori subducturus, ipse *A.C. 1453.*
 Mahometem adibat unacum duobus fi-
 liis suis, opulentum eidem offerens the- *Phranz. l. 2.*
 saurum gemmarum, auri, & unionum, *cap. 18.*
 quem in suo palatio absconditum serva-
 bat. Demum ad tantam prolapsus est per-
 fidiam, ut secretam etiam Halibassæ
 cum Constantino amicitiam Mahometi
 detegeret, Sultani gratiam eo flagitio au-
 cupaturus, ac filiis suis amplissima mu-
 nia conciliaturus. Verum Mahometes
 perfidiam eidem duris verbis exprobra-
 bat, dicens: qua fronte hunc thesaurum
 mihi offerre præsumis, quem armorum
 jure jam antea mihi deberi noveras, aut
 saltem Constantino Imperatori ad belli
 sumptus exhibere debuisses. His dictis
 eum unacum duobus filiis suis in magno
 urbis foro capite plecti, Halibassam vero
 carceri, ubi & mortuus est, mandari jussit.

§. CXVIII.

*Pera urbs Mahometi a Genuensibus
 tradita.*

Eodem die, quo capta est Constantino- *Ducas c. 39.*
 polis, feria tertia post festum Sanctis-
 mæ Trinitatis vigesima nona Maji die,
 Genuenses Peram, quod oppidum e re-
 gione Constantinopolitanæ urbis situm,
 ac egregie munitum a multo tempore

A a 5

possi-